Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



donet suffragium · quia in stigatione diaboli ab insultantib, multa patiebatur ⁊

AD TE LEVAVI oculos meos · qui habitas in cęlis ⁊

Ecce sicut oculi seruorum · in manib, dominorum suorum ⁊

Sicut oculi ancillę in manibus domine suę · ita oculi nr̄i ad dn̄m dm̄ nr̄m · donec misereatur nostri ⁊

Miserere nr̄i dn̄e miserere nostri · quia multū repleti sumus despectione ⁊

Quia: multum repleta est anima nostra · opprobrium abundantibus & despectio superbis ⁊

CANT̄ GRADUUM ⁊

Adtendunt serui ad manus dominorum · siue quando p eos desiderant enutriri · seu quando proculpis suis iubentur uapulari ⁊ donec audiant parce · Sic nos conuenit facere · ut oculos nostros leuemus semper ad dn̄m · cum aliquam indigentiam sustinemus · uel cum pro aliquibus uerberamur excessibus ⁊

Vox martyrum gemina petitione deploret · quia corpora eorum · an passionibus anima laborabat · opprobriis multum repleti · sigt abundantiam passionum · quam se cupide ac libenter pertulisse testantur ⁊

÷

Isti enī gradus · in illo s̄ itinere constituti · ubi ipse rex patrię uiā se agnoscit nob prebuisse, quā si ipso prestante fideliter atq · humilit̄ gradim̄ ad ei scā tribunalia p̄uenimus ⁊

Leuant enim oculos suos sc̄i · in quacumq · tribulatione positi ad dn̄m ⁊ et ad illum respiciunt · a quo se ueraciter posse saluari confidunt ⁊ Illuc enim oculos leuant · ubi tendunt · et peruenire desiderant ⁊

Sic et enim adtendit ancilla In manibus dominae suae · sicut et serui in manibus dominorum suorum ⁊ Ita dum dicitur oculi nostri · sexum utrumq · concludit ⁊ Donec · hic semper significat · quamuis temporaliter dictum esse uideatur ⁊

Omnes qui secundū xp̄m pie uolunt uiuere · opprobrium paciuntur ab illis · qui de terrena felicitate · atque abundantia mundana superbiunt ⁊ quia semper diuites · pauperes ⁊ superbi · despiciunt humiles ⁊